



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Ecce tradidi. ] Id saepe inculcatur, ne quid humanis tribuatur uiribus &c.

Hodie incipiam. ] Talis est potentia ubi est uerbum dei, timent portæ inferorum, timent & impij homines & mundus, tamen non resistere non possunt sic agente iudicio dei & indurante corda eorū, ut Pharaonis, Vide uerba Raab Iosu e. 2.

Misi nuncios. ] Hoc fecit iure belli. Civiliter agere uoluit, tametsi nouit dei sententiam, ut etiam species mala hic abesset.

Interfectis &c. ] Heb. Et anathematizauimus omnes ciuitates & tam uiros quā mulieres & paruulos.

## CAPVT III.

**N**E timeas &c. Iubet securum esse per uerbū suum. Aduerte q̄ cum hic omnia fiant uerbo dei, tamen ita instruit populum deus armis, consilio, animis, quasi occupaturus sit omnia suis uiribus, ut doceat nos non tentare deum. Christianus nihil agit nisi certus sit deo placere, certus autē est per uerbū dei, Vbi uero sic certus est utitur sua ratione, suis uiribus à deo concessis ne creatura dei sit otiosa ad id quod scit deo placere, Hoc non est addere uerbo dei sed sequi uerbū dei per quod oīa creata sunt, per quod tuū ingeniū, tuæ uires tibi datæ sunt. Nam in talibus non confidis, sed sic ser

tis, Ego quidē ista facio, certus q̄ deo placeant. Verū in his nō confido, dei est uel promouere qd' facio uel amouere. Ago qd' deus dedit, expecto quod deus uult &c. Deleuimus] anathematizauius.

Disperdentes] anathematizantes, deuouentes ut essent execrabilia &c. De Hermon nota. Sirion psal. 28. [Resiterat] id est, residuus erat.

### Monstratur lectus.

Hec omnia dicuntur ut agnoscamus uerbi dei potentiam aduersus omnes portas inferorū, aduersus spirituales nequitas. Paruus David qui uenit in noīe dei Israēl superior est gigante Golia, & princeps mundi eijcitur euangelio, & AntiChristi regnū occiditur spiritu oris Christi. Hec semel iam admoneo in his praelijs & uictorijs quæ fiunt secundū uerbum dei, ut uides, ne opus sit sepe repetere. Nam omnia in figura continebant illis, imō si uerbū respicio figura non est sed res

### Terramq̄ possedimus.

Hec est prima possessio et tota possessio filiorū Israēl trans Iordanem sub Moise data duabus semis tribubus Nu. 32. Cenereth] aqua est quæ dicitur in euangelio Mare Cenereth & mare Galilæe.

### Præcepi uobis.

Ad duas semis tribus tantum loquitur. Hoc est opus charitatis sic facere fratribus quemadmodum tibi fecit

deus &c. [Iosue] Instituto corpore, id est, populo instituit caput, id est, principem, quem animat cum populo duabus rebus, Recordatione acceptorū dei beneficiorum & uerbo promissionis diuinæ. quæ duo sunt presentissima in omni tentatione remedia, quorum serè ubiq; scriptura meminit.

*Precatúsq;.*] Primū. Hæc est corā deo efficax oratio quæ apprehendit dei beneficia iam facta, dans hanc gloriā deo q̄ manus eius nondū est abbreviata, & adheret uerbo dci promittentis, dans hanc gloriam deo q̄ uerax est & oīa potest &c. Secundum. Sed uide hic q̄ etiam pij pijsime orantes quandoq; nō exaudiūtur, quæ tamen oratio secundū dei & Christi promissionē nō potest esse frustra deo aliquid melius nobis curāte. Nā quid oremus sicut oportet nescimus, Ro. 8. Voluntas dei fuit & expediuit Moysi ut nō ingrederetur terram promissam. Tertium. Non abiicit suos deus quos corripit. Moysi enim quem uult suā ferre sententiā, familiariter loquitur & paterno affectu terrā ostendit declarātq; suam benigne uoluntatem. Quartū. Deus ostendit se urgeri precibus sanctorū cum dicit, Sufficit tibi &c. Quintū. Vide affectū Moysi in deum. Statim cognita dei uoluntate cessat hoc pro se orare, qui pro fratribus corā deo solet animam suam deuouere & nō cessare donec audiatur.

Mysterium q̄ Moyses nō potuit inducere populum

sed Iosue &c. lex ad perfectū nihil adduxit. Heb. 7.

## CAPVT IIII.



Non uult Moyses fieri opera legis sine fide,  
Ante omnia ergo fidem exigit, cum dicit,  
Israël audi. fides enim ex auditu, auditus  
autem per uerbum dei. Contra opera uero absq; fide  
clamant omnis ferè propheta.

Præcepta & iudicia.] Heb. statuta & iura.

Ego ]emphasim habet. q. d. non quærite aliud aut  
hoc negligite. sicut infra, Non addetis &c. Non autem  
suum esse, infra declarat dicēs, Custodite mandata do-  
mini dei uestri quæ ego præcipio uobis.

Vt faciens ea, uiuas.

Ergo ne operibus uiuificatio, id est, iustificatio tribui-  
tur, contra illud, Iustus ex fide uiuet? Respondeo non.  
Paulus Gal. 3. sic ait. Quod autē in lege nemo iustifica-  
tur apud deum manifestū est, quia iustus ex fide uiuet.  
Lex aut non est ex fide, sed qui fecerit ea uiuet in illis.  
Primū constat externa & carnalia non posse efficere  
spiritualia, quæ distant ut coelū & terra. quādo ergo  
externa opera efficient internam uiuificationē? Dein-  
de & ipse textus se declarat, Hæc scilicet intelligi de  
præsenti uita. Lex enī tyrannis erat & exigebat ope-  
ra. transgrediētib; minabatur interitū & eos occide-  
bat, seruātibus pmittebat præmiū & præstabat. Verū  
ne sic